



VIRI SVMME VENERABILES !

PLVRIMVM, MVLTVMQVE REVERENDI? DOCTISSIMI!
FAVTORES ET AMICI AETATEM COLENDI!



um significandi VOBIS rursus sint labores sacri
circulares, hac aestate subeundi, aegre VOS
laturos non esse, confido, quod de sensu ver-
borum Paulinorum: *Μιας γυναικος αμφο*, qua-
liacunque cogitata mea paucis antea VOBIS-
cum communicem.

§. 1. Varia olim in primitiua CHRISTI ecclesia fuisse
muniorum sacrorum genera, variis insignita nominibus, nemo
est, qui ignoret: quamvis non aequae facile fuerit iudicatu,
quaenam vera singulorum conditio, aut qua ratione aliud ab
alio distiterit. Notissimum est *Presbyterorum* nomen et munus.
Soliti scilicet erant Iudaei, doctores et antistites suos * *Γωω*
וקנים, i. e. seniorum et presbyterorum appellatione insignire.
Prouectioris sine dubio aetatis erant, qui priscis temporibus do-
ctorum et antistitum officio ornabantur. Magnus his doctori-
bus et antistitibus habebatur honor: magna eorum erat digni-
tas. Postea, cum nec senectus, nec prouectior aliquantulum
aetas admodum requireretur, mansit tamen honoris causa *Γωω*
וקנים nomen: quod a Iudaeis ad Christianos, formam ciuitatis
A 2 suae

* Vid. CAMP. VITRINGA de Synagog. vet. Lib. III, Part. I, Cap. I, p. 609.